

res hic, & Roeth, de Curte in hoc tract. in verb. Honorificum. Quero an patronus in Ecclesia juris patronatus in sessionibus, & aliis actibus temporalibus domino loci præferri debeat.

19 Pro patrono contra dominum temporalem videntur sentire DD. supra in hac Rubrica, & post Hof. Lambertinus in tract. de iure patr. in princ. tertij libri, dum scribunt patrono simplex jus in Ecclesia patronata competere, nempe jus uile, onerosum, & honorificum; & omitendo alia duo iura, quæ ad præsentem quæstionem non pertinent, jus honorificum in eo consistere, ut patronus primus in sessionibus incedat, & præ cæteris laicis in Ecclesia patronata honoretur: quod etiam tradunt hic DD. idque habere locum ne dum in processibus, sed etiam in sessionibus, & aliis quibuscumque actibus, notant Holtien. n. 3. Joan. Andr. num. 15. Butr. num. 21. & alii communiter: & quamvis de domino temporalis mentionem non faciant; cum tamen illi non distinguant, nec nos distinguere debemus, l. De pretio, ff. de publica, cum vulg. ar.

21 Contrarium tamè verius videtur, nempe temporalem dominum loci etiam in patronata ecclesia patrono præcedere debere; cum enim in cæteris jurisdictionem contentiosam habeat, sequitur, ut longe maior ei, quam cæteris, præferri sibi subditis, honor debeat, magis namque honorari debet, qui maiorem habet jurisdictionem.

22 Abb. conf. 21. n. 1. lib. 1. per text. inc. Statimus, §. fin. 17. dist. At dominus loci contentiosam, & perpetuam habet jurisdictionem, ita ut si superiorum non recognoscat, æquipareur Principi; si verò recognoscat, Præfidi, Constan. post Jason. in Cat. log. Glor. Mund. in 5. par. consider. 52. Ergo ad instar Principis, vel Præfidi omnibus aliis, & consequenter etiam Ecclesiæ patrono debet anteferri. Imo etiam si esset Baronibus, qui limitatam valde jurisdictionem habent, omnibus tamè aliis præferendus esset, cum dicatur habere maiestatem, & subditi in eum conspirantes crimen læsæ maiestatis committant, Archid. in c. Felici, n. 13. in ver. lesa Maiestatis, de pen. lib. 6. Aegyd. Bellon. conf. 15. Quinimo Barones præ aliis honorantur non solum in locis eorum jurisdictioni subiectis, sed etiam ratione Baroniz, & vasallorum quos habent, & ubique cæteris nobilibus jurisdictionem non habentibus præponuntur, Cassan. dicta 5. par. consider. 56.

25 Non obstat contrarium, nam respondetur Doctores vario modo intelligere honoris processionem, de quo loquitur hoc c. ut hic per Hof. num. 3. Joan. Andr. num. 15. Butr. nam. 21. Cardin. in §. Pro fundatione, num. 4. vers. Quero qualis est honor processionis, qui debetur Patrono, Anchar. de num. 14. Abb. num. 5. vers. Nota tria iura, & Joan. de Anan. num. 9. Quidam enim dicunt honorem processionis in hoc consistere, ut Patrono ad Ecclesiam venienti processionally occurratur, admodum tamen sit talis, & tantus, puta Rex vel magnus Princeps; Explicant Anchar. Abb. & Joan. de Anan. in Duce Venetiarum Patrono Venerabilis Ecclesiæ Sancti Marci, cui obviam eunt Primicerius, & Canonici, Quod servari potest secundum Joan. Andr. usq. ad ambitum Ecclesiæ; non autem usque ad portas Civitatis, quia fieri debet tantum Papæ vel Cardinali secundum Ant. de Butr. Item si præpius hoc eveniret, fieri non de-

beret, sed solum quando raro, secundum eum; Quidam dicunt honorem processionis, consistere in hoc, ut patronus primum locum teneat in processionibus, vel in Ecclesiâ, vel inter laicos, secundum Hof. & sedebit iuxta Prælatum, secundum Joan. de Anan. Alij verò dicunt processionem hic poni pro presentatione, ut notatur in cap. Pientis, in gloss. 1. vers. Sunt autem tria, 16. q. 7. quia in presentatione patronus procedit ad Episcopum cum eo, quem præferat in ecclesia non Collegiata, vel in præbenda Collegiata, cap. fin. supra de concess. præben. Primum placet Cardinali; Primum, & secundum Antonio de Butr. Licet fortè Codex sit mendosus, quia ponderata illius ratione, videtur potius probare tertium; sed utrumque videtur posse sustineri, ut dicit Abbas: & omnia tria simul complectitur Innoc. supra in hac rubrica. n. 3. Item honor, ubi ait, ex patronatu provenire honorem, quia patronus honorificentius recipitur, & studiosè ei servitur, & in processione præ aliis honoratur, cap. Pientis, & cap. Frigentius, 16. q. 7. Et si ecclesia non esset Collegiata, præferat ibi sacerdotem cap. Decernimus, ead. caus. & quest. unde Hof. & Cardin. supra citati ponunt versus:

Patrono debetur honor, onus, & ornamentum: Præsentet, præsi defendat, alatur egenus.

In 3. tamen intellectu, quod processio ponatur hic pro presentatione, videntur residere Hof. Jo. Andr. & Jo. de Anan. in locis supracit. cum eum ponant ultimo loco. Honor igitur processionis est quem habet patronus in præsentando Rectorem, vel Clericum, quia sine presentatione non potest Episcopus regulariter institutionem facere: quod latissime præsequitur Roeth. de Curte in tract. huius tituli in ver. Honorificum, d. n. 1. usque ad n. 98. Et quamvis opinio, quod patronus sit aliis præferendus, videatur communis, tamen fundata est in d. c. Pientis, & c. Frigentius, 16. q. 7. & in hoc c. Qui textus non probant communem opinionem: nam in c. Pientis, & c. Frigentius dicitur præter processionis aditum, qui omni Christiano debetur, & nihil proprii iuris in Ecclesia patronata patrono reservari: quibus verbis nihil præcipui patrono tribuitur, quod cæteris quoque Christianis non competat. Hoc autem c. quamvis apertius exprimat fundatori processionis honorem reservari, tamen cum disponat in materia antiqua, debet recipere declarationem à Canonibus de eadem materia loquentibus, ut l. 2. c. de Noxal. l. In contrariis, §. Præsentat, c. de non numer. pecun. Pet. Brixien. in Repert. in verb. Interpretatio, vers. Lex noviter, Jaf. in l. Sciendum, in princip. ff. Qui satisdare coguntur; quare dum text. reservat patrono honorem processionis, hæc verba, ut non pugnent cum cap. Pientis, & cap. Frigentius, quibus probatur patronum in patronata Ecclesia nihil habere præcipui, non sunt intelligenda quoad hoc, ut patronus aliis in processionibus præferatur, sed de honore presentationis, qui debetur omni Christiano Ecclesiam fundanti, non autem infideli, prout ex illis iuris deducunt gloss. Jo. Andr. & communiter DD. supra citati num. 7.

30 Secundò responderetur, quod DD. generaliter tradunt, scilicet patroni præ aliis laicis honorari debere esse sic accipiendū, ut non contineat evidentem absurditatem: & sic vt ei non debeat ho-

honor maior quàm domino temporalis, qui in eum habet jurisdictionem, ut in simili docet Boer. de auctor. Magni consilij, num. 43. ubi tradit privilegium Dominorum Parlamenti ut primam Sedem obtineant, & si generaliter loquatur, non esse intelligendum respectu Consiliariorum, qui in Dominos Parlamenti habent jurisdictionem. Sic etiam et si Rectore ecclesie in sua Parochia præ aliis honorari debeat, Cassan. d. par. consider. 81. Hoc tamen non ita intelligendum est, ut præferatur Episcopo, qui omnibus suis Diocesanis præeminet, ut notatur in c. Solito, de maior. & obed. Et sanè dominus temporalis erat speciali nota dignus. Quod si iura voluissent patronum in patronata ecclesia temporalis domino loci præferri, id utique vel expressissent, vel ulatissent verbis univèrsalibus, ut puta cuiuscumque gradus, conditionis præeminentie, & similibus: ita enim canonice sanctiores loqui consueverunt, cum etiam sublimes personas comprehendere voluerūt, ut ubi servat Gomes, in proem. Regul. Cancell. par. 4. n. 1. & 2. Barbar. conf. 23. num. 8. in 1. vol.

15 Præsentari potest clericus per Rectorem ecclesie ad titulum beneficij, etiam invito patrono laico.

16 Et quid invito patrono ecclesiastico.

17 Ius patronatus donari potest persona ecclesiastica sine diocesanis consensu, sed non seculari.

18 Collecta si imponatur Episcopo pro se, & clericis patronis pro se, ecclesia debet contribuere simul cum clericis, non autem cum Episcopo.

19 Parochialium iuris patronatus ecclesiastici provisio quæ forma fieri debeat ex Concilio Tridentino.

20 Et quid in parochialibus iuris patronatus laicorum.

21 Concursus à Concilio Tridentino præscriptus in parochialibus iuris patronatus ecclesiastici an sit etiam observandus in parochialibus patronatus, partim ecclesiastici, partim laicali, & num. seq. usque ad num. 39.

Et quid in parochialibus iuris patronatus quod origine erat totum laicale, sed pro duabus tertijs partibus ex donatione laicorum ecclesie postea fuit ecclesiasticum, num. 39. num. seq. usque ad num. 74. & num. 80.

22 Ius patronatus mixtum regulatur ut ecclesiasticum quando ecclesie, vel persona ecclesiastica magis prodest.

Declaratur, num. 37.

23 Collatio beneficij reservari facta per Papam absque derogatione iuris patronatus habet locum etiam si beneficium pertineat ad præsentationem clericis, & laici simul.

Contrarium, num. 32.

24 Magis dignum trahit ad se minus dignum ubi est favor magis digni ut trahat, & non trahatur, & n. 33.

25 Iuri patronatus meri laicali Papa indistinctè derogat pro mediæ, mixto derogat in totum, beneficia verò patronatus ecclesiastici confert absque ulla derogatione, & n. 30. & 38.

26 Ius patronatus mixtum cum dubitatur an sit laicale, vel ecclesiasticum, attendenda est qualitas magis privilegiata, & magis favens patronatus, & non 30.

27 Privilegiati naturam sortitur non privilegiatus propter communionem, & num. 41.

28 Ius patronatus mixtum censetur totum ecclesiasticum quoad præscriptionem.

29 Item quoad tempus præfixum ad præsentandum.

30 Sed quoad derogationem censetur totum laicale. Item quoad reservationem, num. 32.

31 Legatus de latere potest conferre beneficia patronatus ecclesiastici, non autem mixti, & num. 51.

32 Regula reservatorie non intrant in beneficij patronatus mixti.

34 Concursus est præiudicialis patronis, quorum libertas in presentando restringitur, num. 37.

35 Laici propter mixtum an clericis non debet privari iure suo, & num. 42.

36 Mixtum assumit naturam speciei, per quam iuri alterius minus derogatur, & num. 42.

40 Ius patronatus origine laicale, si ex donatione laicorum transeat in ecclesiam, efficitur ecclesiasticum.

41 Ius patronatus mixtum quoad formam examinis per concursum cur censetur potius laicale, quam ecclesiasticum.

43 Laici à fundatione ecclesiarum non sunt retrahendi.

44 Mixtum ex duabus naturis assumit sibi naturam à potentiori, & digniori.

De iure patronatus.

Cap. Nobis.

S V M M A R I V M.

1 Patroni laici si ad ecclesiam vacantem intra quatuor menses non præsentant, Episcopus ordinabit ecclesiam, & num. 9.

2 Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad præsentandum, ecclesiasticus verò semestre, etiam si patronatum à laico acquisiverit.

3 Tempus ad præsentandum præfixum currit etiam patronis non volentibus præsent. atq. propter litis impedimentum.

4 Et an currat patronis ignorantibus.

5 Quæstio super patronatu laicali infra quatuor, super ecclesiastico infra sex menses est decidenda.

6 Temporis cursus ubi non fundatur super negligentia, ad Superiorem devolvitur ipsam ius, non autem modus ordinandi ecclesiam.

7 Concursus an requiratur in parochialibus patronatu laicorum, quorum collatio ob lapsum tempus ad præsentandum præfixum ad Episcopum est liberè devoluta, & n. seq. usque ad n. 13.

8 Concursus non requiritur in parochialibus ad Sedem Apostolicam devolutis ob lapsum temporis Episcopo ad providendum præfixi.

9 Concursus fieri debet inter plures ab eadem patrono laico ad parochialem vacantem, cumulative præsentatos.

11 Tempus Episcopo præfixum ad nominandum clericos idoneos, vel edictum opponendi in parochialibus devolutis, quando incipit.

12 Et quid in bimestri Episcopo præfixo ad instituendum ex Bulla Pij V. patronis non presentantibus infra legitima tempora.

13 Patronus laicus, & ecclesiasticus in quibus differant, & num. seq. usque ad num. 21.

14 Patronus laicus presentans scienter indignum an privetur ea vice iure presentandi, sicut patronus ecclesiasticus.

- Declaratur, num. 67.
- 45 Bar. maior trahit minorem, & num. 50.
- Declaratur, num. 66.
- 46 In patronatus concessum ex argumento doti non censetur mixtum ex causa onerosa, & privilegio, sed absolute ex privilegio.
- Et que sit ratio, num. 67.
- 47 In patronatus competens universitati scholarium dicitur ecclesiasticum, si sine a sint plures clerici, quam laici, & conversi.
- Declaratur num. 70.
- 48 Universitas, in qua sunt plures laici, quam clerici censetur laicalis, & subicitur fore seculari, & num. 70.
- 49 In patronatus ex donatione bonorum laicalium, & ecclesiasticorum quale censetur, & num. 71.
- 50 Patrono laico habenti unam vocem an inferatur preiudicium ex concursu, si ecclesia patrona habeat duas voces, & num. 72.
- 51 Iuri patronatus etiam ecclesiastico quandoque derogatur, licet derogatio non sit necessaria.
- 52 Compromissum de causa ecclesiastica fieri potest in duas laicos ob adiunctionem totius clerici.
- 53 Excommunicatorum corpora non sunt exhumanda si a fidelibus discerni non possunt.
- 54 Oleo non consecrato si medicum consecratum miscetur, totum fit consecratum.
- 55 Appellatio unius predest omnibus si defenso sit communis, & eadem ratio vincendi.
- 56 Privilegium unum in individuo trahitur ad omnes.
- 57 Causa individua plurimum laicorum, & unius clerici agi debet coram ecclesiastico.
- 58 Presentatio unius tantum ex comparatione omnium possessionum conservat, & num. 73.
- 59 Praesertur inter plures, qui certat de damno evitandis.
- 60 Patrono laico preiudicari non debet ex donatione patronatus facta ecclesie a comparatione.
- 61 In patronatus est penes omnes patronos in solidum.
- 62 In patronatus plurimum laicorum, & unius clerici censetur ecclesiasticum si hoc magis prosit patronati.
- 63 Cameraria derogat patronatus mixto unius laici, & plurimum clericorum, & non dat de reservato.
- 64 In mixtu naturalibus indifferenter attenditur quoad potentiam agit, in mixtu iuri quoad est favorabilis.
- 65 Dots argumentum non sufficit ad acquisitionem iuris patronatus, sed requiritur totalis dotatio.
- 66 In patronatus potest acquiri ex solo privilegio Apostolico.
- 67 Mixtionem non efficiunt multa paucis, & magna parvis apposta, & mixtio eorum non est, qua sunt diversi generis.
- 68 Patrono ecclesiastico non presentante infra legitima tempora instituendus est presentatus a patrono laico.
- 69 In iure patronatus mixto septem officialium laicorum nomine universitatis laicalis, & trium ecclesiasticorum privato nomine presentantium an requirantur probationes quas exigit Concilium Tridentinum in potentibus, & num. seq. usque in finem.
- 70 Mixtum assumit naturam simplicium, quod facit altum valere, & est favorabilis.
- 71 Qualitativus duabus concurrentibus, qua diversam habent naturam, attenditur illa, qua magis fovet iuri communis.

- 77 In patronatus de iure communi probatur ex immemorabili etiam in personis potentibus, & universitatibus.
- 78 In patronatus universitatis de iure communi an presumatur ex usurpatione, & num. 87.
- 79 Parochiani in Italia ceperunt ius patronatus usurpare propter recessum Curia.
- 80 Concursus non requiritur in Parochiali iuri patronatus pro una parte laicali, & pro duabus ecclesiasticis.
- 81 Mixtum assumit naturam simplicis, per quod ius consorsis conservatur.
- 82 In patronatus mixtum aequali portione universitatis, & familia private non requirit probationes a Concilio Tridentino prescriptas in potentibus.
- 83 In patronatus pro maiori parte universitatis non presumitur ex usurpatione, & num. seq. usque in finem.
- 84 Prescriptio iuri patronatus contra privatam non improbat iure.
- 85 Usurpatio iuri patronatus, qua in universitate presumitur, privato personis nocere non debet.
- 86 Immemorabilis est infinita, & capit omne tempus.

CUM PROPTER. Si Patroni laici ad ecclesiam vacantem intra quatuor menses non presentant, Episcopus ordinat ecclesiam. Vel sic. Si quæstio iuris patris laicalis non diffinitur infra quatuor menses, Episcopus ordinabit ecclesiam sine præiudicio evincens. Hoc dicit. Primò ponit dictum. Secundò subijcit protestationem ibi, ita quod.

- 1 Nota primò patronos laicos habere quadrimestre tempus ad presentandum; nam de talibus loquitur hæc littera; ut patet ex parte decisa ibi, laicorum, id est patronorum, ut exponunt Hostiens. & Joan. Andr. Et hæc est una differentia inter ipsos, & patronos ecclesiasticos, qui habent semestrem, etiam si ius patronatus a laico acquisierint, ut est casus in cap. Vnico, §. Verum, inf. eod. lib. 6. Per plures alias differentias habebis infra in secunda questione.
- 2 Secundò nota tempus, ut præfertur, præfixum ad presentandum currere etiam patronis non valentibus presentare propter liti impedimentum, quod primo intuitu videtur mirabile, secundum Abb. in 1. notab. & contra juris regulam, ut cap. Quia diversitatem, supra de concess. Prebend. & cap. Ne pro defectu, cum concordant. de quibus ibi per gloss. in ver. Impedimento, de elect. An autem quod hic statuitur in impedimentis habeat locum in patronis ignorantibus, Doctores non conveniunt Abb. num. 2. & 3. concludit non habere locum; quia regulariter tempus præfixum ad eligendum, vel conferendum non currit ignorantibus, ut d. cap. Quia diversitatem, & dicit se reperisse postmodum ita tenere Federicum de Sen. consil. 124. altis est cons. 129. & incipit, casus talis est num. 2. sed te vera Federicus loquitur de patrono impedito, non autem ignorante, & text. in d. cap. Quia diversitatem, pariformiter disponit de patronis impeditis, ac de ignorantibus. Item allegat Joan. Andr. in cap. 2. de supplen. neglig. Prælat. qui num. 10. in verb. Ex tunc, simpliciter ait semestrem tempus ad presentandum currere a die notitiæ, & ita Abbas reprobat Petr. de Anchar. contrarium tenentem, hic num. 2. sed illum tæquet, & motus Abbatis fer-

- respondet Joan. de Anan. illius auditor, num. 3.
- 5 Tertiò nota questionem super patronatu laicali esse terminandam infra quatuor menses, ut hic, & in cap. Quoniam, supra eod. cum tamen quæstio super patronatu Ecclesiastico infra semestrem sit decidenda, ut in cap. Eam te, ubi omnes notat, supra eodem. Ratio differentie est, quia patronus laicus habet quadrimestre tempus ad presentandum, ut dictum est in 1. notab. & propterea liti decisio non expectatur ultra quatuor menses; ecclesiasticus vero habet sex menses; & ideo exitus liti expectatur usque ad lapsum sex mensium, ut sic utroque casu regulatur a termino ad presentandum præfixo, ut per Abb. n. 4. vers. In gloss. 2. Ad quod tamen vide plures declarationes, quas posui in d. cap. Quoniam in ult. notab.
- 6 Ultimò nota, ubi, cursus temporis non fundatur super negligentiam, ad superiorè devolvi ipsam ius ordinandi ecclesiam, non autem modò ordinandi, quia Episcopus non tenebitur instituire ad presentandum patronorum, sed poterit liberè ecclesiam conferre, ut hic per Butr. in 2. notab. & Jo. de Anan. n. 1. licet ex devolutione, & libera collatione huiusmodi nullum præiudicium patronis generetur in futuris vacationibus, ut hic deciditur in fine.
- 7 QUÆRO, An Episcopus Parochialem Ecclesiam iuris patronatus laicorum conferens iure devoluto eo quod patroni infra quatuor menses non presentaverint, aut quæstio super patronatu infra dictum tempus non fuerit decisa teneatur servare formam examinis per concursum a Concilio Trid. præscriptam, cap. 18. sess. 24. in Parochialibus libera collationis. Quod est querere, posita decisione S. Congreg. qua declaratum fuit Parochiales iuris patronatus laicorum non subjacere concursui, an idem procedat in huiusmodi Parochialibus, quarum collatio ob lapsum tempus patronis laicis ad presentandum a iure statutum ad Episcopum est liberè devoluta.
- Tria sunt quæ alicunde dubium facere videntur. Primum quia cum Parochiales iuris patronatus laicorum statim cù vacant non subsint forme concursus, nec patronis presentatio auferatur; licet patronus postea non presentaverit, & collatio ad Episcopum pertineat, videntur permanere in libertate, ut concursus non subjaceat eorum primordiali nature, quæ semper est attendenda, l. Assumptio in princ. ff. ad municipal. & de in col. cum similibus. Secundum, quia in huiusmodi Parochialibus non possunt habere locum verba Concilii inducentis formam concursus: nam Concilium e. 18. sess. 24. mandat Episcopo ut post vacationem intra decem dies, vel aliud tempus a se præscribendum idoneos aliquot clericos nominet, cum his, quæ sequuntur, Quæ sine dubio observari non possunt in his Parochialibus, in quibus post vacationem intra quadrimestre tempus competens patronis laicis ad presentandum iuxta hoc capitulum, & c. 1. §. Verum, infra eodem, lib. 6. nihil licet Episcopo attentare, quod ad dictum Parochialium concursum pertineat.
- 8 Tertium, quia in Parochialibus, quarum collatio ad Episcopum pertinet, lapso tempore semestri a die vacationis, & non facta electione magis idonei, collatio devolvitur ad Sedem Apostolicam; & Episcopus concursum amplius instituire non potest, iuxta Constitutionem Pij V. quæ in-

- capit. In conferendis, in Bullar. tom. 2. pag. 219.
- 9 Sed his non obstantibus verius esse videtur in huiusmodi Parochialibus d. tempore lapso, & non facta presentatione, concursum esse ab Episcopo instituendum. Nam cum ob non factum in tempore presentacionem, collatio sit ad Episcopum liberè devoluta, ut hic, & in c. Quoniam, & c. Sivero, supra eodem, in hoc casu habent locum, & verba, & ratio Concilii. Verba quidem, quia Concilium loquitur de Parochialibus vacantibus conferendis, Ratio quia expedit animarum salutem huiusmodi Parochiales per magis idoneos gubernari, quæ est ratio a Concilio expressa in princ. d. cap. 18.
- Non obstat, quod hæc Parochiales cum vacant non subjaceant concursui. Quia id procedit donec durat tempus patronis præfixum ad presentandum, ne illis præiudicetur, & laici a fundationibus retrahantur, iuxta notata in cap. 2. in gloss. in verb. Collatio de prebend. lib. 6. in c. Dilatus supra, de offic. leg. & in c. proximo, infra eod. Quæ ratio post tempus lapsum, presentacionem non sequuta, omnino cessat; cum tempus lapsum a suboritur ius patroni laici, & illud in Episcopum transierit, ut hic, & in concordantibus supra allegatis. Unde patrono non præiudicatur non observando formam concursus, cui secundum presentem Parochialis statum locus esse potest.
- 10 Et ad hoc optime facit decisio S. Congregationis, quæ Rotæ consulenti, inter plures ab eod. patrono laico ad Parochialem vacante cumulative presentatos esse deberet locus concursus; Respondit debere. Ex qua decisione colligitur etiam in his Parochialibus servandum esse formam concursus, ubi illa sine præiudicio patroni observari potest.
- 11 Similiter non obstat, quod in huiusmodi Parochialibus non possit Episcopus intra decem dies idoneos clericos nominare, vel edictum apponere. Quia respondetur id tempus incipere a die, quo ad Episcopum devoluta fuerit collatio, & cessaverit impedimentum, c. 2. cap. Quia diversitatem, & ibi gloss. in ver. Intra sex. de concess. Prebend. gloss. 1. in cap. Cum accessissent de Constit. & sic forma ad vnguem poterit observari.
- 12 Quæ responsio etiam satisfacit Constitut. Pij V. quia tempus bimestre institutioni Episcopi, & devolutioni ad Sedem Apostolicam præfixum incipere debet a die lapsi termini ad presentandum, cum ante illud tempus nihil sit, quod Episcopo imperari possit, qui non potest illud coarctare, Felin. in cap. Bertoldus, num. 122. de re iudic. & sic ante illud tempus non est locus Constitutioni inducenti devolutionem ob negligentiam Episcopi, ut patet ex eius lectura, Facit text. in c. Super eo, de appell. & in d. cap. Quia diversitatem, & quod notat, gloss. in cap. Sape in ver. Careat, de Appellat.
- Prædicta tamen ita temperanda videntur, ut Episcopus si velit conferre Parochialem post dictum tempus absque presentacione lapsum teneatur servare formam examinis per concursum. Et ita decisum a S. Cong. Conc. 29. Novemb. 1600. nempe faciendum esse concursum pro Parochialibus iuris patronatus laicalis, cuius provisio ob negligentiam patroni non presentantis intra quadrimestre devolvitur ad Episcopum. Ceterum an possit etiam lapso tempore admittere presentacionem

nem patroni laici ex gratia, juxta opinionem Gaylius & Card. quos refert, et sequitur Lambertus in tract. de iure patr. in 2. paderz. lib. in 27. articulo, 1. quasi princip. pag. 27, terminare nunc non est opus.

Secundo QUERO generaliter in quibus differant patronus laicus, & ecclesiasticus.

Complures differentias recensent hic Host. in princ. Joan. Andr. n. 2. Henric. Boich. in princ. Butr. n. 4. Cardin. n. 2. Anchar. n. 4. Abb. & Jo. de Anan. ambo n. 5. quae his carminibus eduntur. Clericus & laicus differant per plura patroni.

Paniter, & tempus, subiectio, poenaeque forsitan.

Et ratio, titulus, donum contingitur istis.

Poenitentia, quia laicus potest variare, & alium praesentare, sed non Ecclesiasticus, ut legitur, & notatur in cap. Cum autem, supra eodem. Et tempus quia laicus habet quatuor menses ad praesentandum, ecclesiasticus sex, ut dixi supra in 1. notab. subiectio, magis enim adstrictus est potestati ecclesiae patronus ecclesiasticus, quam laicus respectu collationis, & derogationis, ut patet in eo, quod legitur, & notatur infra in cap. prox. & in c. Dilectus, supra de offic. leg. Poenaeque forsitan: nam patronus ecclesiasticus praesentando scienter indignum privatur ea vice potestate praesentandi, ut in c. 2. de suppl. negl. Pralat. laicus vero non, secundum quosdam, Hostien. & Henric. Boich. idem in patrono laico, & probatur secundum eos in Authen. Vt Clerici, quia recedunt, §. in collat. §. de de Sanctiss. Episc. §. Si quis oratorij domum, collat. 9. & de eccles. ut. §. Si quis adificationem, in fin. collat. 9. Idem tenet Innocen. in cap. Proposuit, de filijs Presbyter. Et hanc opinionem contra Jo. Andr. Butr. & Card. late tuetur, & verissimam dicit Abbas in c. Cum vas, num. 5. supra de off. ordin. ubi etiam pro hac parte allegat Rotam decis. 205, & Bart. in l. Cum quidam, ff. de leg. 2. Sed quia in hoc articulo sunt opiniones; idcirco dicitur, poenaeque forsitan. Et ratio, quia patrono ecclesiastico redditur ratio de temporalibus, ut in cap. Ex litteris, in fin. supra eod. & in cap. Cum & plantare, §. in Ecclesiis, infra de Privileg. non autem patrono laico, cum hoc non reperitur iure cautum. Neuter tamen illorum debet se ingerere in perceptione fructuum, alioquin incidunt in poenas a Concilio Tridentino inflictas in cap. 9. vers. Patroni autem, sess. 25. Titulus, quia invito patrono laico praesentatur Clericus ad titulum beneficii per ipsum Rectorem, ut in cap. Postulasti, cum ibi notatis, infra eod. locus invito Episcopo patrono, ut ibi in gloss. 1. idem videtur in alio patrono Ecclesiastico de quo tamen dic, ut ibi per Cardin. & Abbas. Donum, quia jus patronatus potest donari personae Ecclesiasticae sine consensu Episcopi, sed non seculari, ut in cap. Illud, supra eod. Haec tamen differentia quamvis communiter a Doctoribus assignetur; tamen non est propria ad distinguendum inter patronum ecclesiasticum, & patronum laicum: nam nec patronus ecclesiasticus potest donare jus patronatus laico sine Diocesanorum consensu, ut in c. Steniscassii, & c. Ex insinuatione, supra eodem, & advertit Card. hic n. 2. infra. Supradictis septem differentijs Abbas hic ad finem addit octavam, quia patronus ecclesiasticus habet ca. Rodianae ecclesiae vacantis, & non secularis, ut in c. Bone. de appellat. Item dicit novam differentiam colligi posse ex dictis Innocen. in d. c. Cum & plantare, cum simul. Aliud fundamentum

1. are, de privileg. Nam si imponatur collecta episcopo per se, & Clericis patronis pro fe, ecclesia debet conferre, & contribuere simul cum Clericis, non autem cum episcopo, ut ibi per Innocen. n. 3. vers. Hac ratione videtur, & ita ecclesia patronata debet patronum clericum in huiusmodi rebus adjuvare, secundum Abb. qui tamen lucidius, & obscure loquitur. Fortè intellexit ecclesiam teneri sublevare a collecta, & ut supra imposita patronos clericos, secundum Innocen. sed non patronos laicos, cum hoc non reperitur iure cautum. Hodie decima differentia habetur in decreto Concilii Trid. cap. 18. sess. 24. in provisione parochialium ecclesiarum, Nam si ecclesia sit juris patronatus ecclesiastici, ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat; patronus eligat digniorem inter probatos ab examinatore, cum quo praesentat episcopo, ut ab ipso instituat. Cum vero institutio faciendi est ab alio, quàm ab Episcopo; tunc episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei praesentat, ad quem spectat institutio. Sed si ecclesia sit juris patronatus laicorum, patronus praesentat quem voluerit; & sic praesentatus examinari debet ab examinatore deputatis, & ab episcopo institui si idoneus reperitur fuerit.

2. Tertiò QUERO, an forma examinis per curriculum observanda in parochialibus juris patronatus ecclesiastici ex decreto Concilii Trid. d. c. 18. sess. 24. vers. Si vero observari etiam debeat in parochialibus iuris patronatus partim ecclesiastici, & partim laicis.

Cum relatum fuerit S. D. N. antiquam decisionem in S. Congreg. editam; qua declaratum fuit in Parochialibus patronatus mixti observandum esse formam examinis per curriculum, diversas pati difficultates: Sanctitas sua mandavit, idem articulus, in ead. Congregatione iterum discutere. Cum hoc dubium tunc fuisset propositum ad probandum in huiusmodi parochialibus observandum esse d. formam examinis per curriculum, allegabatur Felin. in tract. quan. litt. Apost. nac. patr. eccles. n. 6. prope finem, ubi concludit patronatum mixtum regulari tanquam si esset totus ecclesiasticus, cum ecclesiae personae ecclesiasticae magis prodest, magis autem prodest ecclesiae ut servetur forma examinis per curriculum; quia hoc pacto dignior, & magis idoneus ei praeficitur, ut in d. cap. 18. in princ. sess. 24. Ergo attendenda est qualitas ecclesiasticitatis, ut forma concursus observetur.

Id confirmari potuisset decisione Rotae quae a nonnullis perperam allegabatur, 265. tit. de grat. & iure patronat. in Antiqua, alias est decis. 46. in tit. de proben. In ea enim dicitur ut quamvis in beneficiis de iure patronat. laicorum non intret reservatio, de qua in cap. Licet de praeben. in 6. tamen collatio facta per Papam de beneficio vacante in Curia absque derogatione juris patr. vendit sibi locum etiam si beneficium spectet simul ad praesentationem Clerici, & laici quam decisionem sequitur Staphil. in tract. de litteris grat. tit. de mod. & form. impetrand. §. In patr. quomodo probetur, n. 3. Aenzas de Falcon. in tract. de Reservat. q. 4. sess. 14. & Ferrer. cons. 132. nu. 4. Fundamentum decisionis est: quia magis dignus trahit ad se minus dignum, cap. Per tuas, de arbit. l. & ff. de verb. signifi. cum simul. Aliud fundamentum

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

tum adducit Aenzas de Falcon. loco cit. argumento sumpto ab usu patris familias, & à stylo Curiae, videlicet quia Papa passim, & indistinctè derogat patronatui mixto in totum, quod si tale jus pat. iudicaretur laicale, non derogaret nisi pro mediate. Ergo stylus Curiae videtur interpretari tale jus patronatus magis pro clericali, quàm laicali, ex quo in totum derogat.

Contrarium tamen verius esse videtur: nam cum queritur an patronatus mixtus laicalis, vel ecclesiasticus censeatur, ea est receptissima distinctio, ut attendatur illa qualitas, quae in casu, de quo queritur, est magis privilegiata, & magis favet patronatui, Federic. de Sen. cons. 65. num. 2. qui ab omnibus ad id allegatur, licet non ita explicitè id dicat, Felin. in tract. quan. litt. Apost. n. 6. Lambertale de iure patr. 1. quasi princip. lib. 1. par. 1. art. 6. num. 4. & 26. Jo. de Sel. in tract. de benef. par. 2. qu. 3. num. 47. Put. decis. 157. num. 6. lib. 3. Covarr. pract. q. cap. 36. num. 5. vers. Tertio opportune, ubi testatur hanc esse communem opinionem.

Et ratio est, quam tradit gloss. ab omnibus approbata in cap. 1. in ver. Ecclesiasticus de iure patron. in 6. quod propter communionem non privilegiatus sortitur naturam privilegiati, juxta textum in

1. Si communem, ff. quem ad. serv. amitt. Et ideo si agatur de praescriptione patronatus mixti, in qua Ecclesia est magis privilegiata, quàm laicus; censetur patronatus totus ecclesiasticus, ut requiratur ad eius praescriptionem idem tempus, quod requiritur contra ecclesiam, ut post Gofr. tradit Jo. Andr. quem ibi omnes sequuntur, in d. cap. 1.

de iure patr. in 6. prope finem. Similiter cum patronus laicus habeat ad praesentandum quadrimestre, ecclesiasticus semestrem; si mixtus sit patronatus, uterque patronus habeat semestrem, quia hoc casu melior est conditio patronatus ecclesiastici, quàm laicalis, text. est in d. cap. 1. in fin. ubi

gloss. & ceteri Doctores. E converso autem si versetur in materia, in qua jus patronatus laicorum sit firmitus, & magis privilegiatum, quàm ecclesiasticum, patronatus mixtus ex utroque torus censetur laicalis. Et ideo cum in materia derogationis potentior sit patronatus laicalis, quàm Ecclesiasticus, cap. Dilectus, ubi Doctores supra de off. Legati, quamvis Legatus de latere possit conferre beneficia juris patronatus ecclesiastici, ut ibi deciditur: non tamen poterit conferre, quae sunt patronatus mixti; quia in hoc reputatur ac si essent patronatus ex toto laicales; Federic. de Sen. dist. cons. 65. nu. 1. ubi testatur hanc esse communem opinionem, quàm contrariam, Abb. in cap. fin. infra eod. ubi similiter ait hoc esse commune dictum, Felin. d. num. 6. Roch. de Curte in tract. de iure patr. in ver. tus. in 7. q. m. 23. Jo. de Selv. ubi supra, Put. d. decis. n. 2. Rebuff. in tract. nominat. q. 15. n. 6. Achill. decis. 306. n. 3. ubi Anchar. in hanc sententiam citat. Simonett. in tract. de reservat. q. 3. ubi testatur ita servari. Sic etiam cum collatio Papae de beneficio reservato absque derogatione comprehendat illud, quod est de iure patronatus ecclesiastico, non autem laicorum, & ita etiam regula reservatoria octo mensium; si beneficium fuerit patronatus mixti, censetur totus laicalis. Hanc opinionem tenuit Rota citata per Felin. d. num. 6. licet non reperitur. Caslad. decis. 5. de iure patronatus num. 9. Rebuff. d. q. 15. num. 6. Put. d. decis. 157. in fin. ubi ex mente Docto-

rum, quos superius retulimus, declarat regulam, Magis dignum trahit ad se minus dignum, procedere ubi est favor magis digni ut trahat, & non trahatur.

Itaque cum nos verseremur in materia praesudiciali patronatus, nempe in concursu, qui si observetur in beneficiis Patronatus mixti, inferret praesudicium patronis, quorum libertas in praesentando restringitur, & cum in hac parte jus laicorum sit potentius, & magis privilegiatum, quia Concilium beneficia de iure patronatus laicorum concursui non subiecit; sequitur ut patronatus mixtus quoad concursum pro conferenda patronorum libertate debeat reputari ac si totus esset laicalis. Neque enim propter mixturam Clerici debet laicus privari iure suo, Abb. Jo. de Selv. & alii supra citati. Et cum hoc casu patronatus sit mixtus, & compositus, debet assumere naturam illius speciei, per quam iuri alterius minus derogatur, ut in proposito perpendit, Rebuff. quasi. 15. num. 7.

Neque obstat quod Felin. in locis supra cit. sentiat attendi qualitatem ecclesiasticitatis, quando magis prodest ecclesiae, vel ecclesiasticae personae. Nam inde non inferretur ut ecclesia patronatus mixti debeat conferri per concursum, quasi ei melius provideatur. Quia Felin. non loquitur de utilitate ecclesiae, ad quam sit praesentatio sed de utilitate ecclesiae habentis jus praesentandi, cuius jus magis praeservatur exclusio, quàm admisso concursu. Rursus non obstat fundamentum Aenzas de Falcon. de quo supra, nu. 25. Quoniam, ut respondet Patens in praallegat. decis. 157. n. 4. Papa quando jus patronatus est merè laicum semper derogat pro medietate; quando est mixtum non vult admittere, & pro parte Clerici non est necessaria derogatio. Ideo cum remaneat pars laici, quae indiget derogatione, derogat in totum. Decisio Rotae supracitata similiter non obstat; tum quia non utitur validis rationibus; tum quia contra eam est communis opinio, quae etiam eadem Rota Antiqua sequuta est teste Felino ubi supra, & postea apud Caslad. d. decis. 7. & Put. loc. citat. Ideoque non erit mirum S. Congregationem de veteri sententia decedere, cum & Rota in hac re se ipsa discrepaverit. Et ita resolutum. Et Sac. Congregationis sententiam Sanctissimus ad se relatum approbavit. Unde cavendum est hodie à declarationibus, quas refert Nicolaus Garzia in

tract. de benef. par. 9. cap. 2. num. 278.

Quarto QUERO Posita posteriori decisione S. Congregationis Concilii à Sanctissimo approbata, qua declaratum fuit in institutione Parochialium ecclesiarum juris patronatus partim ecclesiastici, partim laicalis non esse observandam formam examinis per curriculum.

An idem sit dicendum de Parochialibus juris patronatus, quod origine erat totum laicale, sed pro duabus tertis partibus ex donatione laicorum effectum fuit postea ecclesiasticum.

Proposito hoc dubio mense Decembris 1615. S. Congregatio non dubitavit quin jus patronatus origine laicale immutaverit naturam, & effectum fuerit in omnibus Ecclesiasticum si donatione, vel alio legitimo titulo transierit in ecclesiam: extant enim haec de re iura aperta in cap. unico, §. fin. de iure patr. in 6. & in cap. Dilectus, il. vers. supra de Prob. & utrobique notant gloss. & Doctores, Co-

varr. practicarum questionum, cap. 36. nu. 5. vers. Illud Seraph. decisi. 1420. in primo. Sed in reliquis ob varias Patrum sententias iussit iterum examinari. An decisio de parochialibus juris patronatus mixti absque concursu conferendis habeat locum in patronatu pro tertia tantum parte laicali, & pro duabus ecclesiasticis.

Cujus questionis solutio videtur pendere a ratione, ob quam in patronatibus mixtis praevalet qualitas magis favens patronatu, sive illa sit laicalis, sive ecclesiastica: nisi licet inter eas rationem habere locum in mixtura etiam inaequali, erit respondendum non requiri concursum in patronatu majori parte ecclesiastico, sicut non requiritur in mixto aequali portione. Sicut e converso si constituerit aequali rationem non habere locum nisi in mixtura aequali: respondendum erit parochialem patronatum majori parte ecclesiastico per concursum esse conferendam ob mixturae inaequalitatem.

41 Ratio autem, cur in mixto praevalcat qualitas, quae magis favet patronatu, est duplex, ut fusius explicavimus in questione precedenti a num. 27. Altera desumpta ex l. Si commanem. ff. Quae admodum servit. amitt. ubi si non privilegiatus in materia individua concurret cum privilegiato: illius privilegio utitur: quam rationem in his terminis assignat gloss. in d. cap. unico, in verb. Ecclesiasticus, de iure patronat. in 6. & pluribus exornant Alex. consil. 122. num. 16. & seqq. lib. 4. & Jason, in l. Si mancipi. num. 5. & seqq. C. de collar.

42 Altera ratio desumpta ex cap. Sacris, de sepult. ubi in praedictis mixtum assumit naturam eius simplicis, per quod jus alterius non tollitur. Cui regule non potest dari contraria instantia, ut ait Lambertus de iure patr. lib. 3. part. 2. q. 1. art. 5. & seqq. & quest. 9. art. 8. num. 2. Gabriel. cons. 197. num. 7. vers. Item assunt: & Menoch. de praesumpt. lib. 3. q. 90. num. 18. Atque ita ob mixturam clericus non debet laicus privari iure suo, Abb. in dict. cap. Sacris, & Selu. de benef. part. 3. quest. 11. sub num. 69.

43 Cui alia ratio consequitur, ne scilicet laici retrahantur ab ecclesiis fundandis, quam dicit potissimum in hac materia Selu. loc. cit. post glo. Magnam in fine, & Hoff. num. 10. in cap. Cum dilectus, infra eod. In priori ratione patronus certat de lucro, vel favore ex persona socij acquirendo: In posteriori de damno vitando, quod a socio pateretur si illius qualitas praevaleret.

Has autem rationes damni vitandi, & favoris consequendi ex persona compatroni non habere locum, nec esse attendendas in patronatu inaequalis mixturae primo intuitu videntur suadere iustitiam.

44 Et primo ad hoc adducitur textus in l. Queritur, ff. de stat. hom. ubi est virilis conditio magis prolis: herinaphroditus tamen aclinatui femineus scus, si magis in eo incalcat. Ergo similiter quavis quoad concursum magis prodest patronis qualitas laicalis: patronatus tamen concessi debet ecclesiastici: & qualitas si in ea praevalcat ratione majoris partis: nam, ut ait Socin. per illum text. in cap. 1. num. 7. de foro compet. in mixtis minor pars, licet dignior, accedit majori, & mixtum a suo potentiori iudicatur, quia attenditur quod potentius agit: quod ipsum repetit post Alex. in l. 2. num. 8. ff. de verbor. obligat. Gabriel. cons. 50. num. 6. vol. 1. Idque proculdubio procedit in

mixtis inseparabilibus, seu individuis, ut est jus patronatus, Aug. cons. 34. Quidam Manuel. num. 2. vers. Et ubi non sunt separabilia. Unde in proposito dicit Abb. in cap. De iure, in 1. nota. vers. Item ex hoc, supra eod. mixtum ex duabus naturis assumere sibi naturam a potentiori, & digniori, ac proinde committi simoniam in iure patronatus, quod est partim spirituale, & partim temporale: perinde atque in meris spiritibus: & sequitur Lambertus in boctractatu, lib. 1. par. 2. in 4. q. princip. art. 3. num. 2.

45 Secundo adducitur textus in l. Quod maior, ff. ad municip. ubi absoluit in ior pars tribuit minorem, nec distinguitur an oblit. vel pro sit. Federic. de Sen. cons. 1. in primo. vers. Hoc praesupposito: ad idem textus in l. Abus, §. Reser. ff. de regul. iur. in l. Sinema, §. 1. ff. de test. tur. cum multis similibus, pars enim in mixtis accrescit toto minus majori, & ignobilis nobilitari, l. Sed si rem, §. 1. & l. Quaequid, §. fin. ff. de acquirendo rerum dominio: & hanc regulam procedere etiam in praedictum minoris partis, est textus in l. fin. §. 1. C. Qui bonit. ced. poss. cum concordant de quibus per gloss. in d. l. Quod maior ad idem cap. Sedes, de rescript. cap. Cum inter, in tercio, & cap. Cum Dudan, in primo de Electione.

46 Tertio adducitur doctrina Socini cons. 87. num. 12. lib. 3. ubi respondit jus patronatus concessum ex augmento dotis non dici mixtum ex causa onerosa, & privilegio, sed censeri omnino ex privilegio: & sequitur Rota diversar. decisi. 57. num. 17. part. 1. Atque ita in patronatu praevalcat qualitas, quae nocet, si sit potentior.

47 Quarto, jus patronatus competens universitati scholarium dicitur ecclesiasticum si ibi sint plures clerici, quam laici: & e converso, Joan. de Lign. in cap. Dilectus, in 3. de prob. Felin. in cap. Ex littera, col. 1. de Const. quos refert, & sequitur Crescen. decisi. 3. de iure patron. & Lambertus, in tract. huius tituli lib. 1. part. 1. in prima quest. princip. art. 7. num. 3. & 4. Sicut universitas, in qua sunt plures laici, quam clerici, censetur laicalis, & subijcitur foro saeculari, Innoc. in cap. Dilecti, de excess. Pralat. Bart. in l. fin. col. 3. ff. de Colleg. illi. Abb. in cap. Cum ab ecclesiasticis, col. 2. de offic. ordin. & ita tenent omnes, ut Decius testatur in d. cap. Ex littera, sub num. 20. & 21. Unde patet ad cognoscendum an jus patr. sit laicale, vel ecclesiasticum non esse attendendam qualitatem, quae prodest, sed qualitatem, quae in numero praevalcat.

48 Quinto allegatur Consuetudo in terminis Paris. 128. num. 11. & 12. vol. 4. ubi conclusit jus patronatus dotatione mixta partim ex bonis laicalibus, partim ecclesiasticis censeri ecclesiasticum etiam ad effectum derogationis si bona ecclesiastica sint majoris valoris: adducit in arg. notat. in l. Aristos, ff. de donat. & in l. 1. ff. de estimat. adion. cum concord.

Ex quibus videtur colligi rationem gloss. in c. de iure patr. in 6. Quod propter communione non privilegiatus fortitatur naturam privilegiati: & rationem Abbatis in cap. fin. in 1. eodem, quod propter mixturam clericorum laici iure suo privari non debeant, non habere locum quoties clerici partibus inaequalibus concurrunt cum laico, quia tunc trahunt, non trahuntur ob qualitatem praedominantem,

50 Sexto hac claritas videntur procedere in casu hoc

hoc particulari, in quo patrono laico nullum infertur considerabile praedictum, quia major pars vocum, quam ecclesia obtinet, locus est praesentato ad institutionem obtinendam, c. Quoniam, supra eodem, nec laicus potest alicui ex patronis ecclesiasticis accedere, cum jus patronatus de quo agitur, sit penes unam, & eandem ecclesiam, seu Congregationem pro duabus partibus: ita ut proinde nec damnum, nec utilitatem aliquam ex praesentatione sentiat qui tertiam tantum obtinet partem in patronatu, quia velit nolit tenetur sequi ecclesiam praesentantem.

Ultimo hanc sententiam recenset inter alias Petr. de Anchar. hic prope finem: dicens jus patr. mixtum debere iudicari ecclesiasticum, vel saeculare respectu portionum, ita ut habens maiorem partem in dicto iure, & jus potentius praesentatur. Et aperte eam sequitur Gambar. in tract. de Autoritate Legati a latere, lib. 3. sub num. 388. vers. Talis tamen: ubi concludit legatum de laetate, est non habet facultatem conferendi ecclesias juris patr. mixti, posse tamen conferre si clerici habeant plures voces quam laici. Pro eadem allegatur Crescentius decisi. 3. de iure patr. ubi asserit, [Si in casu illo quantum laici haberent separatim unumquodque unam vocem, & praepositus unam aliam, posse jus patr. dici laicorum: & inter alios allegat not. per Joan. de Lignan, in d. cap. Dilectus, in tercio, de probandis, qui dicit jus patr. competens Universitati, in qua sint plures clerici, quam laici, dici ecclesiasticum, & contra.] Atque ita Crescentius, quamvis obiter, aperte tamen videtur sentire jus patr. mixtum iudicari ex majori parte patronorum. Idem, licet obiter, dicitur sentisse Rota eorum Cardinali Cavallero: neque aliud videtur censuisse Covar. pract. quest. cap. 36. num. 5. vers. Quod si ius patr. nam paulo ante ibidem docuit jus patr. aequalis mixturae ad effectum derogationis censeri laicale. Ac deinde subdit: quod si jus patr. ad laicum unum, & duos clericos pertineat, posset admitti huius patronatus derogatio, quia major pars, quae in praesentatione iura potiora obtinet, huius conditionis est, ut derogationem admittere teneatur. Videtur itaque Covar. constituere differentiam inter jus patronum, cuius patroni utrinque sunt pares numero, & inter id, cuius pars major est clericorum, ita ut illud laicale, hoc vero ecclesiasticum censetur. Neque verò ex eo, quod ait patronos ecclesiasticos teneri derogationem admittere, videtur posse inferri ut sit laicale. Quia etiam patronatu merè ecclesiastico quandoque derogatur, licet derogatio non sit necessaria, Mandol. in praesentat. grat. in verb. Derogationes iuris patronatus, vers. iuris patr. clericorum. Ex recentioribus vero idem probant Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in gloss. 18. sub num. 15. Azor. qui simpliciter refert Covar. in 1. moral. part. 2. lib. 6. cap. 23. Sed quid si ius patr. ad duos ecclesiasticos, & unum laicum pertineat, & Granutad. Simonet. de rescript. q. 9. num. 8. & nonnulli alij. In quam sententiam videntur etiam asserri posse Doctores omnes, qui censent jus patr. in distincte censeri ecclesiasticum si sit mixtum aequaliter laicorum, & clericorum, quia magis dignum, &c. Hic enim a fortiori sentium patronatum esse ecclesiasticum si major pars sit clericorum, inter quos recensetur, Rot. in Antiquis, decisi. 266. incipien. Nota quod Papa, & alij quamplures

apud Ferrer. cons. 132. num. 4. vers. Contrarium, & Covar. loc. cit.

53 Sed his non obstantibus contraria opinio est verior, pro qua asseritur i. text. in cap. Per eum, de arbor. ubi duo laici, in quos compromitti non potest de causa ecclesiastica, sunt habiles propter adjunctionem unius clerici, quem text. ad hoc autem dicit Felin. in cap. 1. sub num. 6. post medium de praesent.

54 Secundo text. in d. c. Sacris, de sepult. ubi si cadavera excofunicatorum a fidelibus discerni non possint, ex humani non debent; quia, inquit, expedit non credimus, ut cum excofunicatorum ossibus corpora extumulenter fidelium.

55 Tertio, cap. Quod in dubijs de consec. eccles. vel altar. ubi si oleo non consecrato modicum consecratum miscetur, totum sit consecratum.

56 Quarto text. in l. Si qui separatim, §. fin. ff. de appell. ubi unius appellatio omnibus prodest si defensus communis sit, & eadem ratio vincendi: & concordat, l. 1. & 2. C. Si unus ex pluribus appell. quemadmodum rescriptum ab uno impetratum ratione communionis omnibus suffragatur, l. 1. C. de divers. rescript. Aym. cons. 45. Quidam, num. 2. & prodest omnibus victoria unius, l. Locis, §. Si fundus, ff. Si servit. vind. ubi gloss. in ver. Proderit, aicite esse mirabile quod prodest, sed non nocet, ut l. Si de communi, ff. eodem.

57 Et generaliter in individuis privilegium uni ex locis concessum trahitur ad omnes, secundum gloss. final. in d. l. 1. C. de divers. rescript. & in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. Ideoque restitutio competens uni ex muneribus extenditur etiam ad majores litis consortes, gloss. fin. in l. unica, C. Si in communi ead. causa, Affl. decisi. 213. per totam, & alia congerit Alex. cons. 122. sub num. 16. vers. Et iudicio meo, lib. 4. & Lambert. de iure patron. lib. 1. part. 1. quest. 1. art. 7. sub num. 5. vers. Hoc sic consideratur. Et prorogatio fatalium unius ex confortibus excusat alios a desertione, Joan. de Tanis decisi. 22. quem refert, & sequitur Lancellott. de attent. part. 2. c. 15. ampl. 11. num. 3.

58 Similiter causa individua plurium laicorum, & unius clerici agi debet coram iudice ecclesiastico, ut notat Bart. in l. Praecipimus, §. eod. observando, num. 2. C. de appellat. Alex. loc. cit. Anton. de Prato veteri in l. 1. in fin. ff. quae sententia sine appellat. rescind. Boss. in pract. crim. titul. de foro compet. num. 116. in fin. & alij apud Clarum in §. fin. quest. 36. num. 46. vers. Evenit plerumque: & unus minor in inseparabilibus trahit majores etiam plures ad suum forum, Soc. cons. 82. num. 10. §. 6. lib. 3. Sicuti etiam ex praesentatione unius tantum ex compatronis omnium possessio conservatur, Abb. cons. 55. Videtur primo, col. 2. vers. Nec obstat si dicitur, lib. 1. & in cap. Cum ecclesia, col. 3. de causis possess. & propriet. Ferrer. cons. 132. num. 3. part. 1. Ratio est, quia individuis jus retinetur ex persona alterius, ut de iure patr. tradit Gemin. in cap. unico, §. fin. de iure patr. in 6.

Atque ex his patet in mixtis praevalere qualitatem magis faventem, & per quam jus alterius non laeditur ex communiione, etiam si qualitates contrariae sint numero plures, quia iura in materia mixturae non constituunt differentiam an magis dignum sit in majori quantitate, vel numero, sed solum an sit mixtum cum minus digno, ut ait Lambert. lib. 1. part. 1. q. 1. art. 7. sub num. 5. vers. Parete

etiam dici. Ergo in mixtura unius laici, & plurimum clericorum præferri debet ad exclusionem concursus patronus laicus; tum quia hac ratione ejus favor aliis clericis compatronis communicatur; tum quia ipse non privatur presentandi libertate sibi competente ex titulo oneroso fundationis, vel dotationis; præfertur enim inter plures qui certat de damno vitando, Anchar. conf. 37. sub num. 2. vers. Cum dicitur Laurentius.

61 Præsertim quia jus patronatus de quo agitur, non est ecclesiasticum origine, quo casu forte patronus sibi imputare deberet quod una cum ecclesiasticis, qui subjacent concursui, fundasset, ac dotasset; sed à principio totum erat laicale, & postea ex donatione compatronorum laicorum effectum est pro duabus partibus ecclesiasticum absque illius consensu. Unde æquum non est, ut nulla ejus culpa privetur presentandi libertate: quo rationem considerat Rota decis. 524. nu. 7. 8. & 9. par. 1. divers.

62 Et confirmatur, quia jus patronatus est in solidum penes omnes patronos sive sint ex pluribus causis patroni, sive ex una, eademque causa, cap. 1. & ibi gloss. supra eod. Unde non est habenda ratio an sint plures numero, vel pauciores, ut advertit Lambert. loc. cit.

63 Quamobrem hanc opinionem in casu contrario, cum scilicet sint plures laici, & unus clericus, attendendam esse qualitatem ecclesiasticam si illa magis faveat patronatui; atque ita jus patr. mixtum non ex numero vocum, sed ex qualitate, quæ prodest, iudicari debere, probat Roch. in verb. l. us num. 16. & Lambert. d. art. 7. per tot. ubi asserit hanc questionem esse indubitabilem.

Et in propriis terminis ita tenet idem Lambertinus part. 3. lib. 2. quest. 9. art. 9. sub num. 3. vers. Et ex hac regula: ubi ostendit jus patr. unius laici, & plurimum clericorum censeri laicale ad effectum derogationis; & legatum de latere non posse conferre, sicut non potest beneficia patronatus merè laicalis, aut mixti æquali portione.

64 Quibus accedit quod ex stylo Cancellariæ consuevit derogari juri patr. mixto etiam si patroni ecclesiastici sint numero plures, & non intrant reservationes etiam si unus sit laicus, & viginti clerici, ut egomet comperi ex libris publicis, qui in Dataria asservantur. Atque ita Cancellaria, quæ est Organum Papæ, requirit jus patr. laicale ex mixtura unius laici tantum in his, quæ prostant patronatui, etiam si patroni ecclesiastici sint multo plures. Cui stylo principaliter innixa hanc sententiam probavit S. Congregatio Concilij in casu proposito.

65 Non obstant argumenta contraria. Ad primum enim respondetur in mixtis naturalibus semper, & indistinctè prævalere quod est potentius sive proficit, sive obicit. Ratio est, quia in his non habent locum fictiones, sed agentia necessario operantur secundum eorum activitatem, ideoque necesse est prævalere id, quod validius agit, ut in exemplo hermaproditu, de quo in d. l. Quaritur, de stat. homin. & in aliis consimilibus. At secus est in mixtione, quæ fit juris ministerio, quia prævalet quod est favorabilius, licet sit in pauciori numero, vel quantitate, ut patet in exemplis olei consecrati, appellationis, presentationis, & aliis, de quibus supra à nu. 55. Jus enim fingit illud ex simplicibus esse potentius, ac dignius, quod magis prodest, &

jus alterius non lædit, & secundum hoc contrarium argumentum potest in oppositum retorqueri: nam si mixtum ex duabus naturis assumit sibi naturam à potentiori, ac digniori: ergo in patronatu mixto unius laici, & plurimum ecclesiasticorum quoad formam examinis per concursum prævalere debet laicus; quia æstimatur potentior, ac dignior, ex quo conservat sibi, & communicat patronis ecclesiasticis facultatem liberè presentandi; idque utilis est patronatui, ut patet ex dictis in præcedenti questione, num. 34. & 37. & in hac ipsa num. 59.

66 Ad secundum respondetur regulam illam, quod pars major trahat minorem, & alias consimiles recipere declaratione ex aliis juribus, ut procedant quando est favor majoris partis ut trahat, & non trahatur, ut apud Put. in præleg. decis. 197. lib. 3. & dictum est supra n. 33. & ita est in electionibus, & aliis actibus Universalitatum: nam favor est majoris partis ut trahat, & non trahatur: & ideo prævalet factum à majori parte etiam in præjudicium minoris, ut in c. Cum inter, il. 2. de elect. & in aliis allegatis. At in casu præsentis favor est patronorum ecclesiasticorum, ut trahatur à patrono laico, & illius privilegio utatur in libertate presentandi, quæ illis restringeretur si qualitas ecclesiastica prævaleret, ut proximè dictum est.

67 Ad tertium respondetur, argumentum dotis non esse causam efficientem, seu productivam juris patronatus; quia ad hoc requiritur totalis dotatio, ut notat gloss. in cap. Quicumque, in verbo Aliquid, l. 6. q. 7. Lambertin. in hoc tractatu, lib. 1. part. 1. in 5. quest. principali, art. 12. n. 1. & Rota divers. decis. 477. n. 18. part. 1. At solum indultum Apostolicum per se sufficit, Abb. conf. 28. In causa, in princ. lib. 2. Rota decis. 304. par. 2. divers. & dotis augmentum non est nisi causa motiva, seu impulsiva concessio-

69 nis privilegij. Unde non mirum si jus patr. non dicatur mixtum ex augmento dotis, & privilegij, sed ex privilegio tantum: nam ut habetur lib. 1. de generat. & corrupt. cap. 7. mixtionem non efficiunt multa paucis, & magna parvis apposita, & mixtio eorum non est, quæ non sunt ejusdem generis, ad hoc l. Hoc amplius, §. Alphenus, ff. de damn. infectis, & notat Petr. Brixien. in report. in ver. Mixtum. At ex causa fundationis, constructionis, vel dotationis omnes concurrunt in illius productione, & in solidum efficiunt patroni, gloss. 1. in c. Pius mentis, l. 6. q. 7. Lambert. post alios in hoc tractatu, lib. 1. par. 1. in 3. quest. principali, art. 1. num. 1. & scripsi latè in c. Quoniam, n. 49. supra eod. Unde in mixtura unius patroni laici, & plurimum clericorum prævalere debet qualitas laicalis, quæ magis proficit. Ubi enim duæ causæ simul miscentur, attenditur illa, quæ prodest, l. 1. §. Veteres, vers. Si ex 70 parte, ff. de acquirenda possess.

Ad quartum respondetur doctrinam illam; quod jus patronatus Universalitatis scholarium, & Universalitatis mixtae iudicetur ex pluralitate clericorum, vel laicorum, posse non incongruè declarari, ut vendicet sibi locum in his tantum, in quibus est favor major, ut trahat, & non trahatur; alias secus, ut constat ex ponderationibus, de quibus supra à num. 13. & in questione præcedenti, à num. 26.

Ad quintum respondetur quicquid sit de veritate illius doctrinæ, aliud juris esse cum jus patr. est mixtum ex bonis laicalibus, & ecclesiasticis, unus tamen

tamen est patronus, aliud ubi est mixtum ex pluribus patronis clericis, & laicis: nam in primo casu si bona ecclesiastica sint majoris valoris, fortè admitti potest doctrina Parisij, ut jus patr. ecclesiasticum censetur: imputet enim sibi qui plus consulit ex bonis ecclesiasticis, quam laicalibus; cessat enim ratio in eo casu ne laici retrahantur ab ecclesiis fundandis. Sed in secundo casu censeri debet laicale ad effectum derogationis, cum præsertim in hac specie laicus nõ fundaverit cum ecclesia sed cum patronis laicis. Unde nihil est quod illi imputetur, ut superius tetigimus, n. 61. & hanc differentiam, licet non explicet rationem diversitatis, constituit idemmet Parisius in allegato consil. 128. n. 12. lib. 4. Atque ita sentit in mixtura laicorum, & clericorum prævalere qualitatem laicalem quando magis prodest patronatui, etiam si plures sint clerici, quam laici. Unde ipse potuisset potius allegari pro hac parte.

72 Ad ultimam considerationem respondetur æquum non esse, ut patrono laico, ex mixtura ecclesie patronæ inferatur præjudicium in libertate presentandi, licet effectus presentationis sit incertus. Præsertim quia, et si duæ voces, quas habet ecclesia absorbeant, quam habet laicus; tamen facile potest contingere ut ipse adducat patronum ecclesiasticum ad consentiendum suæ presentationi. Præterea si ecclesiasticus nollet, aut negligeret presentare infra semestre, inlituè us esse presentatus infra legitima tempora à patrono laico, & ex ejus presentatione omnium possessio conservaretur, Abb. conf. 54. Videtur primo, n. 3. vers. Nec obicit si dicatur, lib. 1. post Federicum de Senis, quem citat, conf. 57. in ultimo art. fortè est conf. 65. quod incipit, in fine scripte, quæstiones, in fine, Quod non contingeret si jus patr. æstimaretur ecclesiasticum, atque ita hoc jus præteriret patrono laico ex mixtura Ecclesie contra regulas superius firmatas, num. 41.

73 Demum non obstant auctores in contrarium adducti: nam Pet. de Anchar. & decisio Crescenrij intelligi possunt in eo casu, in quo est favor majoris partis, ut trahat, & non trahatur, aliàs secus, Præterquam quod Rota obiter loquitur, & non sinit pedes. Gambarà, & Moderni, non nituntur validis rationibus, eisque præter Lambertinum, qui patronatus materiam uberius, & profundius examinavit, opponitur præcipuè stylus, & praxis Cancellariæ. Opinio autem asserit tantum jus patr. mixtum indistinctè censeri ecclesiasticum, quia magis dignum, & c. non est vera, & communiter reprobat à Doctoribus, ut fuscè ostensum est in præcedenti questione à n. 26. usque ad n. 39.

74 Quintò QUÆRO, utrum in jure patronatus mixto septem officialium laicorum nomine universalitatis laicalis, & trium ecclesiasticorum privato nomine presentantium requirantur ampliores illæ probationes, quas exigit Concilium Tridentinum decreto cap. 9. sess. 25. in ijs personis, vel universalitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione quælicum præsumi solet.

Jus patronatus, de quo agitur, tam respectu universalitatis, quam privatorum dicitur derivare ab eod. fonte, & titulo eujusdam concessionis Ordinarij Pampilonensis usque ab año 1496. ad cujus præscriptum tam septem Officialiales, quam tres ecclesiastici unanimiter hætenus præsentantur. Unde cum omnium patronorum probationes sint

adeo conjunctæ, & connectæ, ut altera sine altera nullam faciat probationem; ideoque in hac mixtura propter inseparabilitatem applicatio uni extremo sit necessariò faciendæ: gravis, & difficilis quæstio est, eujusnam simplicis naturam jus hoc mixtum sortiri debeat. In qua tamen dubitatione probabilius videtur sortiri naturam patronatus privatorum, ita ut non requirantur ampliores illæ probationes, quas Concilium exigit in personis, vel universalitatibus, in quibus usurpatio præsumitur.

75 Primò, quia cum simplicia sint inter se contraria, & sub simplicibus contineri non potest casus mixtus; tunc mixtum assumit naturam illius simplicis, quod facit actum valere, & quod est favorabilius, l. 3. §. Et generaliter, ff. de eo quod certo loco, Jal. in l. 2. n. 5. vers. Ultra scribentes, ff. de ver. oblig. Sed persona privata, ejuisque probationes si sufficiant, faciunt ut actus valeat etiam pro universalitate, idque magis utriusque est favorabile. Ergo hoc mixtum assumit naturam patronatus personæ private. Quod si dicatur, imò magis esse favorabile ecclesie ut requirantur ampliores probationes, ut facilius liberetur à servitute patronatus. Respondetur hoc casu favorem, vel odium non considerari respectu ecclesie, sed respectu personarum, in quibus diversà dispositio à lege est introducta, adeo ut prævaleat illud simplex, quod magis faveat personis, de quibus agitur in dispositione, & per quod favor confortis alteri conforti communicatur, l. Si communitatem, ff. quem admodum servitus amittatur, ubi D. D. multa similia congrunt, & patet ex dictis sup. num. 37. & 41. At non est dubium favorabilis esse utriusque, si privata persona suum faciliorem probandi modum universalitatis communicet, quam si universalitas propter suum odium etiam private personæ in hac probatione officiat.

76 Secundò cum duæ qualitates concurrunt, quarum qualibet diversam habet juris dispositionem attenditur illa pars quæ magis faveat jure communi, Baldus in l. Si quis Decurio, num. 5. c. de fals. Anchar. Reper. Canonum statuta, vers. Quæro de statuto, De Constitut. Alex. in conf. 100. Ex inspectione dictorum statutorum circa finem lib. 3. quos refert.

77 & sequitur Jalon. loc. cit. num. 7. At si sufficiat probatio private personæ, certum est minus derogari juri communi, ex cuius dispositione ad probandum patronatum sufficit inmemorabilis etiam in potentibus, & universalitatibus, Patres decis. 58. lib. 1. censuit Rota in causa Sabinen. beneficiorum coram Clemente VII. 15. Decembris 1583 quæ habetur in impressis decis. 199. part. 2. divers. Ergo attendenda est in hac mixtura probatio personæ private, quæ consentanea est juri communi, non autem universalitatis, quæ operatur nova pro-

78 batione præter jus commune. Imò hæc præsumptio usurpationis in universalitate non satis jure probatur, cum But. citatus in cap. Dilectus, de off. legat. qui ad id citatur à Gabriel. consil. 92. lib. 1. num. 2. Menoch. lib. 3. de præsumpt. 90. id num. 2. id non dicunt. & Specul. lib. 4. tit. de interpatr. vers. En nos, testatur tantum Parochianos in Italia cepisse jus presentandi usurpare, propter recessum Curie. Ac propterea Achill. decis. 317. aliàs 4. de iure patr. dixit hanc præsumptionem procedere tantum in Italia, & etiam jure non probari. Verum utcumque res se habeat, satis est ut min⁹ derogetur juri com-

communis, si familia privata non oneretur duriori probatione propter admixtionem universitatis.

Tertio in patronatu mixto ecclesiasticorum, & laicorum semper sumitur interpretatio ut sit ecclesiasticus, vel laicalis prout magis prodest patronatus; & ideo ubi agitur de tempore patronis concessio ad presentandum, cum ecclesiastici habeant beneficium longioris temporis: patronatus censetur totus Ecclesiasticus: at ubi agitur de derogatione, cum patronatus laicalis sit femior: censetur totus laicalis, ut late ostensum est supra in 3. q. 2. n. 26. Quinimo Cancellaria, quae non dat de reservato in patronatu ecclesiastico, consuevit tamen derogare juri patr. mixto, etiam si patronus laicus sit unus, & ecclesiastici viginti, aut plures, ut similiter dictum est supra, n. 6. & 4.

80 Et Sac. Congregatio Concilii re diligenter examinata, jam consuevit jura patr. mixtum laicorum pro una parte ecclesiasticorum pro duabus censeri laicale, quoad hoc ut non requiratur forma examinis per concursum, ut in precedenti questione. Ita in proposito in hac mixtura personae privatae cum potenti, etiam si potens plures habeat voces: totus patronatus censeri debet privatorum, cum hoc pacto patronatus conservetur, qui alius everteretur.

81 Quoad casum mixtum assumit naturam ejus simplicis, per quod jus consortis conservatur Calder. conf. 22. de Preben. quam regulam plurimis exemplis exornat, Felin. in cap. 1. n. 6. ad med. vers. Et dixit de prescript. & fufius dictum est supra n. 27. 36. & 41. At per familiam privatam, quae immemorabilem probavit, servatur jus utriusque per universitatem verò, si defecerit in aliqua probatione, jus utriusque perimitur. Ergo hoc mixtum assumit naturam personae privatae.

82 Ultimo hanc opinionem in jure patronatus mixto aequali portione universitatis, & privatorum sequitur sequuta est Rota; & in specie apud Achill. decis. 4. de iure patron. sub n. 2. vers. Tamen, & in causa Aurien. Parochialis 5. Decembr. 1605. coram Manzanedo, quae habetur impressa in Recentior. decis. 154. par. 2. in Visulana iurispatron. 8. Februarij 1610. coram

83 Cavall. ut decis. 219. p. 1. Recent. & in Pampilonen. iurispatron. 24. Maji 1613. coram Pamphilio, & in propriis terminis etiam jus patron. sit universitatis pro majori parte, non tamen praesumi ex usurpatione, tradit Menoch. lib. 3. praef. 90. sub nu. 15. vers. Non est omittendum, & resolvit Rota in causa Ermana Altari de Davys, 15. Februarij 1610. coram Lugdunen. & in impressis decis. 224. par. 1. & decis. 256. p. 2. Recent. Rationes autem, quibus movetur praecipue sunt infra scriptae.

Ratio prima; quia si universitas acquisivisset jus patr. usurpatione, non fuisset passa ut alij patroni una id jus acquirerent, nec eos admisisset sed ipsa totum usurpasset. Unde sequitur, ut vel jus patronatus non usurpaverit, sed iusto titulo acquisiverit una cum privatis patronis, vel saltem illud non usurpaverit ecclesiae, sed potius praescripserit contra privatos, quod non improbat a jure, Abbas in cap. Quereiam, num. 9. de elect. Rota dicitur, par. 1. decis. 229.

84 Idque in hac causa est satis considerabile; quia cum tres privati habeant tres voces, reliqui verò septem; saepe potest dari casus, ut major pars universitatis vincatur a minori, si illi adhaerent tres privati; puta si quatuor laici

praesentent unum, tres verò una cum tribus ecclesiasticis alium; nam praefertur presentatus a tribus laicis, & tribus ecclesiasticis tanquam a majore parte.

85 Ratio secunda decisionum est, quia usurpatio, quae in sola universitate praesumitur, privatis personis nocere non debet; cum aequum non sit, ut in re individua quis patiatur detrimentum ratione societatis, Gemini in cap. unico in fine de iure patron. in 6. & Abb. in cap. Dilectus, num. 5. de off. leg. Rota decis. 574. num. 10. p. 1. dicitur.

Ratio tertia, quia etiam universitas succumberet in probatione juris patr. non ideo tamen ecclesia esset libera, quia nihilominus remaneret sub servitute patronatus privatorum. Unde quoad libertatem ecclesiae parum refert praesumptio usurpationis.

86 Neque obstat, quod haec ratio non procedat hoc casu, in quo eam probationes utriusque simplicis sunt commixtae, & inseparabiles; sublato jure universitatis, tollatur etiam jus privatorum, cum ecclesia non possit esse pro parte libera, & pro parte serva.

Nam respondetur quamvis ex illa concessione Ordinarii Pampilon. videantur probationes utriusque partis esse individuae: nihilominus hoc non excludere quin privati possint etiam aliunde haurire suas probationes: & jam petunt se admitti ad probandum immemorabilem, quae si probabitur, simul constabit etiam jus privatorum coepisse ante illam concessionem, cum immemorabilis sit infinita, & capiat omne tempus. Rota in causa Placentina decimarum, 29. Maji 1587. coram Bubalo, & in Commen. decimarum, 10. Aprilis 1596. coram Orano.

Ultimo hanc opinionem videtur jam approbasse S. Congregatio Concilii in causa illa Visulana juris patr. nam ex novem Cardinalibus, excepto Platone, & Camerino, qui contrarium senserunt, & Nazareth, qui rem dubia, & periculosam existimavit; reliqui omnes consueverunt in jure patron. hoc mixto universitatis, & privatorum non requiri probationes, quas requirit Concilium ubi viget praesumptio usurpationis. Quod & prius dictum fuerat in causa Aurien. ut in declaratione infra scripta, videlicet: Parochialis ecclesia de Pao Aurien. dioecesis praetendit de jure patronatus Parochianorum dictae ecclesiae pro quarta parte, item trium familiarum aliorum laicorum nobilium extra Parochiam commorantium ex aliis duabus, necnon unius monasterii monialium pro reliqua parte. Supplicatio declarandi in hujusmodi patronatu ratione mixturae requiritur probatio, de qua in cap. 9. sess. 25. ejusdem Concilii vers. In his vero personis, vel sufficit probatio, de qua supra in eod. cap. vers. ut videtur, die 15. Maji 1603. Sac. Congregatio censuit sufficere eam probationem, quae requiritur in personis, in quibus non praesumitur usurpatio.

Supereff nunc respondere ad nonnullas contrariae partis oppositiones, quae magis urgere videntur.

Et primo non obstat quod jus patr. sit indivisibile, & in casu indivisibili potentius trahat ad se minus potens, i. Queritur, ubi Bart. num. 3. ff. de stat. hom. & magis dignum trahat ad se minus dignum qua ratione, si privatus habeat rem communem cum Ecclesia, utitur jure ecclesiae, ut requiritur longior

longior

De Iure patronatus, c. Cum propter.

longior praescriptio, quae necessaria est contra ecclesiam, Decian. conf. 88. n. 25. lib. 2. Potentiorum autem esse universitatem, & digniorem personam, & familia privata non est dubitandum.

Respondetur enim eam regulam, ut potentius trahat minus potens, vel magis dignum trahat minus dignum, procedere ubi est favor potentioris ut trahat, & non trahatur; secus autem est cum est favor potentioris, & dignioris ut trahatur, & non trahatur; ita ex mente DD. declarat Put. decis. 157. in fin. & alias perpendit S. Congregatio in jure patr. partim ecclesiastico, partim laicali, ut fuisse ostensum est supra in 3. quest. At in casu nostro negari non potest Universitatis, quae potentior, & dignior est, favorem esse ut trahatur a persona privata ad faciliorem probationem; non autem ut illam trahat ad difficiliorem. Ergo, &c.

Non obstat secundo, quod si admitteremus hanc opinionem, dispositio Concilii redderetur elusoria, quia Universitates, & aliae personae, in quibus praesumitur usurpatio, semper possent assumere in sui consortium personam privatam, ut hoc pacto a graviore illo onere, quod illis Concilium imposuit, relevarentur.

Nam respondetur hanc fraudem nullo modo esse verisimilem, quia cum in principio praesentationum haec admissio privatae personae in nihilo suffragetur Universitati, imo illius jus diminuat, nec suffragari possit nisi ut eum de patronatu erit controversia, probatio sit levior sequetur Universitatem hoc fine coepisse admittere personam privatam, ut inde ad centum annos patronatus probatio facilius existeret, quod praesumere quae sit absurdum nemo non videt.

87 Secundo respondetur rationem propter quam Universitates, & alij potentes usurpasse praesumuntur, eam praecipue esse, quod Episcopi non sint ausi illis contradicere, Put. decis. 57. in fin. lib. 1. At haec ratio non militat cum admiscetur persona privata; quia si Episcopus non audeat contradicere Universitati, cur non audebit contradicere personae privatae? praesertim cum ecclesiae interfit patronus non esse plures, & Episcopi regulariter sint infensi patronibus.

Ac demum respondetur in casu hoc Pampilonen. actus simultaneos praesentationum coepisse longe ante Concilij publicationem, quo tempore Universitas non poterat divinare futuram dispositionem Concilii, per quam arctari deberet ad duriorum probationem, quam de jure communi requireretur. Unde hoc principium omnino excludit praesumptionem, quod Universitas asseriverit personam privatam hoc fine, ut eximeretur a duriori probatione.

Circumscripto enim Concilio, etiam in Universitate satis erat immemorabilis, ut dictum est supra num. 77. Quare inverisimile est, ut Universitas ad se liberandum a futura probatione, quam ignorabat, voluerit sibi inferre hoc praesens, & certum praedictum amittendo partem sui patronatus per assumptionem privati.

Non obstat tertio, quod alia ratio, propter quam in Universitate viget praesumptio usurpationis, sit, quia non tam facile universus populus solet convenire ad constituendam ecclesiam, sed tantum largiri elemosynas absque animo acquiritendi jus patr. Crescentius decis. 1. in fin. de iure patr. Quae quidem ratio non cessat propter adjun-

Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

ctionem privatae personae, imò augetur inverisimilitudo, quod tot convenierint ad ecclesiam edificandam, quia per admissionem privati augetur numerus edificantium, & multiplicantur patroni. Respondetur enim hanc rationem, quamvis forte habeat locum quoad populum; tamen non militare quoad personam privatam, in qua nulla est inverisimilitudo ut ecclesiam fundaverit, aut construxerit. Unde cum in hoc mixto inseparabili simplicia habeant diversam rationem; applicatio potius facienda est personae privatae ad exclusionem usurpationis, cum haec ratio magis faveat patronatus, faciat actum valere, sit magis conformis dispositioni juris communis, & jus consortis non laedat, ut superius dictum est.

Respondetur secundo, quamvis non sit verisimile ut tam multi conspiraverint ad ecclesiam edificandam; tamen hoc casu hanc rationem non arguere usurpationem Universitatis contra ecclesiam, sed potius praescriptionem contra privatam personam, quam non fuisset passa fecum praesentare, nisi scivisset eidem competere jus patronatus.

Non obstat quarto, quod in mixto inseparabili, & indiviso, sicuti est jus patr. major pars praevaleat minori, juxta l. Quod maior, ff. ad municip. & videtur decisio Crescent. 3. num. 1. de iure patron. In praesenti autem patronatu Universitatis septem habet vota, privati tres tantum. Unde velint, nolint tenentur accedere Universitati.

Respondetur enim similiter id habere locum si favor sit majoris partis ut trahat, & non trahatur; alioquin praevaleat minor pars, ut patet in patronatu laicorum, & ecclesiasticorum, quod censetur laicale ad effectum ut non subdit reservationi Apostolicae, nec formae examinis per concursum, etiam si laici sint numero pauciores, quam ecclesiastici, quemadmodum observat Cancellaria, & censuit S. Congregatio Concilii, ut latissimè ostensum est in questione praecedenti. Hoc autem casu favor est Universitatis habentis majorem partem patronatus ut trahatur a privatis habentibus minorem, ne alius gravetur onere durioris probationis. Et ita resolutum 8. Aug. 1620.

De Iure patronatus.

Cap. Postulasti.

S V M M A R I U M.

- 1 **P**otest presentare ad ecclesiam vacantem non obstante, quod ipso non consentiente alius ad praesentationem Rectoris ad titulum ecclesiae fuerit ordinatus.
- 2 Ecclesia ex quibus probetur Collegiata, & num. 13. usq. ad num. 18.
- 3 Ecclesia non potest fieri Collegiata sine consensu patroni, & aliorum, qui ex nunciatione status illius laederentur.
- 4 Ecclesia cum dubitatur an sit Collegiata, clerici, vel patronus manentur in ea possessione, in qua reperitur.
- 5 Collegii ius, & quasi possessio ex quibus colligatur, & num. 17.
- 6 Collegii ius de iure communis habent ecclesiae Cathedralis, & Regulares, quae ad Congregationem referuntur.

- dam sufficienter sunt dotata , & qua in communi vivunt.
- 7 Collegii in uno retinetur.
- 8 In Collegiata ecclesia si omnes de Collegio sint mortui, eligit Episcopus non nomine suo , sed nomine ecclesie.
- 9 Electio , & collatio prebendarum in Collegiata ecclesia ex fundatione, privilegio, vel consuetudine potest pertinere ad Episcopum, vel alios clericos.
- 10 Ecclesia de Saponaria Marticen. Diocesis an sit Collegiata, & num. 13. usq. ad num. 18.
- 11 Et an electio Archiepiscyteri in dicta ecclesia pertineat ad Collegium, & num. 18.
- 12 Anve iurisdicchio civilis, criminalis, & mixta in clericis eiusdem ecclesie spectet ad ad Archiepiscyterum, & generaliter, & num. 20.
- 14 Enunciative instrumentorum in antiquis probant ecclesiam esse Collegiatam saltem presumptivè, quamdiu non probatur oppositum.
- 17 Fama , & communis reputatio in antiquis probat ecclesiam esse Collegiatam.
- 18 Electio in Collegiata ecclesia de iure communi pertinet ad Collegium.
- 19 In eligendo iure attenditur usus, & consuetudo per testes probata.
- 20 Iurisdicchio civilis, criminalis, & mixta potest acquiri ab inferiori Prelato ex immemorabili prescriptione, quam Concilium Tridentinum non sustulit. In iurisdicchio ex prescriptione regulariter censetur acquiri a privato ad Episcopum.

POSTULASTI. Si ad presentationem Rectoris ad titulum Ecclesie fuerit aliquis ordinatus, nihilominus patronus, qui non consentit ad ipsam, cum vacabit, poterit presentari. Hoc dicit secundum Jo. Andr. & omnes & sunt duæ partes; in prima consultatio, in secunda responsio ibi, ad quod.

- 2 Quærit hic Innocentius in principio ex quibus probetur ecclesiam esse conventuale, seu Collegiatam, & habere iura ecclesie Collegiatae. Et concludit dicens hoc probari per privilegium, quod eam constituit Collegiatam, & dat ei jus Collegii, l. 3. vers. In summa, ff. de Colleg. illicit. c. Porro infra de privileg. Quod si privilegium non appareat, & constat in sui fundacione ordinatum fuisse, ut ibi essent tres clerici, vel plures tanquam Collegium, vel pro tot fuisse dotatam, tunc similiter Collegiata censetur, arg. cap. 1. ubi hoc, supra de elect. & expressius in cap. Cum dilectus, §. Dilectus, de consuetud. in cap. 9. q. 1. in cap. Nemo, de consec. dist. 1. in cap. Placuit, l. quest. 22. & in cap. Quanto, infra de censibus. Sin autem constat fuisse ordinatum in fundacione, ut non haberet jus Collegii, sed patronus haberet presentationem, vel ut esset ibi unus tantum, vel duo clerici; tunc non censetur iure Collegiatae, & sic potest intelligi cap. Ut quisque presbyter, supra de vita, & honest. cleric. & sic loquitur cap. Pie mentis, & cap. seq. 16. q. 7. & in hoc tit. quasi per totum.
- 3 In quo casu contingat ut plures clerici in ea congregentur, non tamen habebunt jus Collegii, nisi patronus consentiat, & omnes alii, qui ex mutatione status huiusmodi laederentur, arg. huius cap. & cap. Nobis, supra eod. cap. Monasterium, cap. Rationis, & cap. Si quis vult, 16. qu. 7. & expresse

ius in eo, quod legitur, & notatur in cap. Dilectus infra de excess. Pralat. & in cap. Ad hoc, §. Si. supra de off. Archid. Ubi verò non apparet qualiter Ecclesia fuerit instituta, & sic de iure Collegii dubitatur: tunc si clerici sint in possessione iuris Collegii, & manutendi erunt in sua quasi possessione quousque aliud probetur, cap. Cum venissent supra de institut. cap. 2. de resitut. in integr. c. Consultationibus, supra eodem. cap. Ex litteris, de probat. l. Lite ordinata, c. de liberal. caus. l. Ordinata, ff. eod. & converso si patronus, vel alius sit in quasi possessione faciendi in ea sicut in Ecclesia non Collegiata, similiter defendetur in tali possessione quousque aliud probetur, & in hoc est jus expressum in d. c. Dilectus, de excessib. Pralat. ubi de hoc ita Innoc. cuius verba ferè ad eadem transcripserunt in cap. Nobis, supra eod. Holt. num. 2. Jo. Andr. num. 8. 22. & 24. & Abb. num. 8.

Signa autè, ex quibus deprehenditur jus, seu quasi possessio Collegii, sunt infra scripta, videlicet sigillum, & usus sigilli, cap. Significavit, supra de appellat. non nisi enim sufficeret sigillum sine usu, Rot. decif. 354. num. 15. par. 4. tom. 2. rec. Ict tractatus communis, cap. Tertio loco, de probat. & dicam infra num. 15. Item Arca communis, l. 1. ff. Quod cuiusque universi nom. scilicet deputata ad conservanda iura ipsius Collegii, ut per Rotam decif. 136. nu. 16. par. 6. recent. Item refectorium commune, & dormitorium, c. Cum ad monasterium, supra de stat. Monachor. c. Quoniam, §. Si. de vita, & honestat. cler. Item communis fraternitas, & similia, cap. Inter dilectos, supra de donat. quæ signa enumerat Holtien. in d. cap. Nobis, num. 2. circa medium, vers. Et nar. andam, supra eodem, & post eum Joan. Andr. ibid. num. 11. & communiter omnes DD. & quamvis necessarium non sit, ut huiusmodi signa, & conjectura simul concurrant, ut voluit Rota coram Cardinali Mantica dist. 175. & dist. 215. num. 1. nihilominus debent illa concurrere, ex quibus possit verisimiliter, & quasi per necesse argui Collegiatus, & prout idè Mantica ponderat. sigillum, Arca communis, statuta propria, quæ ut à privato Congregationibus exererent, aut haberi nequeant, non autem alia conjectura debent admitti, quæ æquivoce, & possibiliter inferunt Collegiatarem, ut formaliter dixit Rota, decif. 56. num. 6. & 7. par. 5. rec.

Ceterum advertet, quia quiddam superius fuerit distinctum ad signoscendum jus Collegii, quædam sunt ecclesie quæ ex iuris communis dispositione jus Collegii intelliguntur habere, sicut sunt omnes ecclesie Cathedralis, & etiam Regulares, quæ ad Congreg. tenendam sufficienter sunt dotatæ, & quæ communi vivunt, ut potest colligi ex cap. Ne pro defectu, supra de elect. ex c. Monachi, §. final. de stat. Monachor. ex c. Cum dilectus de consuetud. & ex cap. Quoniam de vita, & honest. clericor. & tales possunt habere sigillum, & arcam communem, ut in cap. Significavit, de appellat. Quod ergo supra dictum est, de aliis inferioribus Ecclesiis debet intelligi, secundum Holt. in d. cap. Nobis, num. 2. ante med. vers. Quicquid etiam, & Jo. Andr. nu. 10. cum quibus ceteri concordant.

Ex quo autem constat de iure Collegii, etiam si in Collegiata non remaneat nisi unus clericus nihilominus habebit iura Collegiatae, in illo uno

ius Collegii retinebitur, l. Sicur Municipium, in §. fin. ff. Quod cuiusque universi, num. Quod si ille quoque clericus, qui supererat, moriatur, eo casu jus eligendi alium clericum spectabit ad Episcopum dicecesanum, quin non nomine suo, sed nomine ecclesie eliget, arg. cap. Si forte, 65. dist. 3. secundum Innoc. hic num. 1. vers. Item si in Collegiata non remaneat, & Holtien. in d. cap. Nobis, num. 2. vers. Ex quo autem, qui etiam tatenur Episcopos, & alios clericos posse habere & electiones, & collationes prebendarum, ac dignitatem in ecclesiis Collegiatis, vel quia sic constitutum fuit à principio, vel ex privilegio, sive consuetudine specialis, cap. Cum dilectus, supra de consuetudine, cap. Abbate, ad fin. infra de verb. signifi. cap. Accedentibus, de excess. Pralat. cap. Ea noscitur, supra de bis, que sunt à Prelato, cap. Consideravimus, & cap. bona, si primo, de elect. & scripti in cap. 1. eodem tit. ubi latissime de hac materia iuris eligendi, & in ecclesiis Collegiatis.

Juxta prædicta quæsum est in S. Congregatione Concilii, primò An ecclesia S. Antonini de Saponaria Marticen. diocesis sit Collegiata: secundò An electio Archiepiscyteri in dicta ecclesia pertineat ad Collegium; tertio An iurisdicchio civilis, criminalis, & mixta in clericis ejusdem ecclesie spectet ad Archiepiscyterum, & quatenus spectet, an private ad Episcopum.

Ad primum videtur respondendum, ecclesiam prædictam fuisse, & esse Collegiatam: nam in hac materia, cum non constat de privilegio, vel primæ erectione ecclesie in Collegiatam, recurritur ad conjecturas, & signa, ut hic per Innocen. in princip. & alios supracitados num. 2. & §. Barbat. cap. 27. num. 3. lib. primo. in causa Braxien. S. Nazarii coram Penia, quæ reteritur in decif. 673. num. 2. 14 vers. Ex quibus, par. 1. recent. Multa verò hic concurrunt pro iure Collegii. Primo enim id colligitur ex decem & octo instrumentis antiquissimis Sacre Congregationis exhibitis, quorum nonnulla excedunt ducentos, ac trecentos annos, quæ ecclesiam hanc Collegiatam nominant; & cum versemur in antiquissimis, licet enunciative loquantur: probant saltem presumptivè, quamdiu non probatur contrarium, ut in puncto respondit Alex. conf. 75. V. sit, ac ponderatis, num. 3. lib. 4. & Tiber. Decian. conf. 6. ad primum videtur, n. 7. lib. 2. & tenuit Rota in causa Asculana Abbatis, 17. Martij 1586. coram Orano. Præsertim cum in tribus ex prædictis instrumentis sint enunciative ipsius Episcopi Marticen. vel ejus Vicarij, qui prædictam ecclesiam non appellassent Collegiatam, nisi talis fuisset, ex quo de eorum præiudicio in electione ad Collegium spectante agebatur, ut ponderavit Rota decif. 12. de iure patr. in novis, Palcot. decif. 23. Nec adverteatur præallegata decif. 673. p. 1. recent. Quia enunciative illius Collegiatae erant infra centum annos, ut ubi dicitur, num. 1. Secundo idem deducitur ex communi tractatu, & capitulariter facta congregatione ad sonum campanæ pro expediendis negotiis communibus, ut enunciatur in uno ex prædictis instrumentis: huiusmodi enim tractatum inter signa ecclesie Collegiatae recentent Holt. & alii supracitati num. 5. per text. in c. Tertio loco, de appellat. Cardinal. in Clement. 2. num. 10. de erat. & qualiter. Barbat. conf. 17. num. 37. in fin. lib. 1. Alex. d. conf. 75. num. 2. lib. 4.

Tertio hoc ipsum suadetur ex arca, & sigillo communi, ut deponunt omnes testes in hac causa examinati: nam hæc quoque inter præcipua signa Collegiatae ecclesie enumerant Doctores supra allegati eodem num. 5. Item glof. 1. in c. Dilectus, vers. Item Collegium, de excessib. Pralat. & ibi etiam Joan. Andr. in fin. Abb. num. 1. & 2. vers. Fatetur autem, & communiter Doctores. Cardin. Seraphin. decif. 752. num. 1. Gregor. XV. decif. 432. num. 4.

Confirmantur prædicta ex attestationibus quatuor testium, qui deponunt ecclesiam hanc ab immemorabili tempore fuisse habitam, & reputatam, haberique & reputari pro Collegiata, & reddunt sufficientem rationem, exprimentes sigillum commune, & alia signa: nam & sola fama in antiquis probat Collegiatam, ut inquit Decianus, d. conf. 6. num. 8. post Alex. dicto conf. 75. num. 3. in fin. ex Innoc. in cap. Veniens, & in cap. Quid per Nov. de verb. signifi. & in his terminis tenuit Rota coram Gregorio XV. decif. 482. num. 5. Quibus accedit sententia lata anno 1578, quo pronunciatum fuit hanc prædictam ecclesiam S. Antonini fuisse, & esse Collegiatam, quæ quidem sententia cum in rem iudicatam transierit, pro veritate habetur vulgata, l. Res iudicata, ff. de re iudicata, cum suis concordantiis. Itaque cum ecclesia huiusmodi sit Collegiata hinc suo Marte fluit resolutio secundi dubij, ut electio Archiepiscyteri pertineat ad Collegium ipsius ecclesie, & sola confirmatio ad Episcopum, cap. 1. & ibi diximus, l. & segg. supra de elect. Abb. in cap. Nobis, num. 8. supra eodem, & in cap. Venerabilis, num. 45. ubi etiam Decianus num. 142. de except. Biliguet. decif. 8. num. 4. de preben. Gemin. in cap. 1. col. 2. vers. Ad hoc. & ibi etiam Præpos. col. 6. vers. Aut viguit, 21. dist. Jo. de Seliam in tract. de benef. in 2. par. quest. 22. num. 14. & in terminis quod electio Archiepiscyteri in Collegiata ecclesia spectet ad Collegium, est textus in c. Significaverunt, de except. Quinimo etiam cessante iuris dispositione, constat de iure clericorum prædictæ ecclesie ex testibus, qui bene deponunt de visu, & auditu à majoribus per tempus immemorabile solum Capitulum, & clerum semper in omnibus vacationibus elegisse Archiepiscyteros, & Episcopum confirmasse: in iure enim eligendi attenditur usus, & consuetudo per testes probata, c. Cum ecclesia Viterana, vers. Cum per testes, ubi Abb. post alios num. 10. de elect. cap. Cum dilectus, de consuet. cap. Abbate in fin. de verb. signifi. Rota decif. 11. num. 2. de consuet. in avrig. Quod etiam comprobatur electio confirmata ab Episcopo anno 1482, & alia confirmata ab ejus Vicario generali anno 1547. præsertim cum in illis confirmationibus tam Episcopus, quam Vicarius asseruerint electionem Archiepiscyteri ad Capitulum antiquissima consuetudine pertinere, Rota decif. 12. de iure patr. in novis.

Ad tertium dubium videtur respondendum jurisdictionem in clericos dictæ ecclesie ad Archiepiscyterum pertinere, quia testes clarè deponunt de visu, & auditu à majoribus ab immemorabili tempore Archiepiscyterum cognovisse de causis criminalibus, civilibus, & mixtis, condemnando, absolvendo, & competendo, scientibus, & non contradicentibus Episcopis, & per consequens jurisdictionem præscriptis, c. Auditis, ubi omnes de prescript. cap. 1. eod. tit. lib. 6. c. cum persona, de privileg. eodem lib. Bart. in l. 4. num. 4. in fin. ff. Vri postidatis, & de Archiepiscyteri jurisdictione